

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Compassio p
cum uariis

Tria sunt per que probatur uera compassio, scilicet occulta beneficia, paupertas et mors. Beneficium enim, si impendatur occulte, humane laudis extinguit fauorem. Quando autem pauperi miseretur aliquis, temporalis remouet spem retributionis. Cum pro proximo pati mortem non renuit, amorem mundi non preponit. Hec sunt enim tria illa que solent eneruare compassionis membra, humanus scilicet fauor, temporalis retribucio et amor mundi.

Hugo de claustro anime libro capitulo IX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

autem] fa *add.* (*del. sub lin.*) C; pauperi] pauperis P V¹ V² L¹ L²; retributionis] et dum *add. supra lin. ab alia manu* C; pro *om.* C; illa *om.* M; humanus scilicet] scilicet humanus M; libro *om.* P V¹ V² L¹ L²